

in futurum recipientibus obligant, renuntiantes exceptioni omnium non sic actorum ut supra continetur omnique alii iuri in contrarium. Que omnia et singula per me Catelanum notarium in lingua Latina prolata, interpretata, exposita et declarata fuerunt per dominum Paganinum de Capitaneis de Blassono comitem pallatinum interpretem suprascriptis procuratoribus marchionum Misnensium in presentia nostrum notariorum testiumque infra- 5 scriptorum, rogantes dicti procuratores dictis nominibus nos Catelanum de Christianis et Iohannem Czuchther clericum Maguntine diocesis notarios infrascriptos, ut de premissis unum et plura si fuerit opportunum publica confitiamus instrumenta.

Acta fuerunt predicta anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo nono, indictione septima, die vigesimo quinto mensis iunii, hora duo- 10 decima, in civitate Papie in domo habitationis prefati reverendi domini episcopi Novariensis sita in porta sancti Petri ad murum in parochia sancte Marie in Perticha, presentibus egregio ac eximio iuris utriusque doctore domino Bertolameo de Benzonibus de Crema prelibati domini consiliario, venerabilibus et nobiles viris domino fratre Petro de Pago ordinis minorum ministro provintie, presbitero Matheo de Brixia preposito ecclesie sancti 15 Epifanii Papiensis, Uberto de Viglevano comite pallatino cancellario prefati domini episcopi, Carolo de Cafarena, Antonio de Frescaroli, Victore de Guerria pro Deo, Gabriele de Petrasancta de Mediolano et Ferrario de Fragiis de Valentia, Henrico Iuvenis decano ecclesie Burslensis et Ludovico Wisunegh scolastico ecclesie Cicensis inde testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. 20

(Sign. not.) Ego Catelanus de Christianis *u. s. w. wie No. 245.*

(Sign. not.) Ego Ferrarius de Fragiis *u. s. w. wie No. 227.*

250.

Lucia, die Tochter des Bernabo Visconti Herzogs von Mailand, wird durch Prokuration mit dem durch den Ritter Friedrich von Witzleben vertretenen Landgrafen Friedrich, dem Sohne des Land- 25 grafen Balthasar, ehelich verbunden. Pavia, 1399 Juni 28.

Hdschr.: Gleichzeit. Abschr. Staatsarchiv Mailand Registro Ducale B alias N fol. 144.

Gedr.: Giuliani Storia di Milano 7, 267. — Regest Archivio Storico Lombardo III. 2, 310.

Ann.: Gedruckt nach einer von der Direktion des Staatsarchivs zu Mailand besorgten Collation.

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti et beate 30 Marie virginis matris dei et ad honorem gloriam et exaltationem illustrissimi principis et excellentissimi domini domini Iohannis Galeaz ducis Mediolani ꝛc., Papie, Anglerie Virtutumque comitis ac Pesarum domini et illustris domine Caterine ducisse Mediolani consortis dicti illustris domini ducis et illustrium filiorum eorundem nec non ad exaltationem et gloriam illustrium principum et dominorum Baldesarii lantgravii Turingie et Federici eius 35 filii marchionum Misnensium et illustris et excelse domine domine Lutie nate quondam magnifici et excelsi domini domini Bernabovis de Vicecomitibus contractum fuit matrimonium per verba de presenti ut infra et annullorum immissionem iuxta formam et ritum sancte Romane ecclesie inter illustrem principem et dominum dominum Federichum